



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Ad tertium dicendum, quod pœna illa quantis ordinata in purgatorio sustinet, non potest proprie peccatum satisfactio: quia satisfactio opus meritorium respicit: sed largo modo dicitur satisfactio, pœna ad duplicem rationem solutio.

QVÆST. V.

De effectu contritionis, in tres articulos diuisimodè: o

**D** E inde considerandū est de effectu contritionis operatur sicut & d

¶ Circa quod queruntur tria.

¶ Primo, verum peccati remissio sit contritionis effectus?

¶ Secundo, verum contritio possit totaliter remissionem reatum pœna?

¶ Tertio, verum parua contritio sufficiat ad remissionem magnorum peccatorum?

ARTIC. I.

Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus efficientis

16  
Tho. ubi  
sup. ar. 5  
q. 1. &  
sequens.

**A** D primum sic proceditur. Videtur, quod ad primum peccati remissio non sit contritionis effectus, causa efficiens enim Deus peccata remittit. Sed contritio causa dispositiua

sumus aliquantulum causa, quia actus noster est. Sicut etiam contritio non est causa remissionis culpæ.

¶ 2 Præterea, Contritio est actus virtutis, virtutem sequitur peccati remissionem: quia virtus peccata vincit. Ergo culpa non sunt simul in anima. Ergo contritio est causa remissionis culpæ.

¶ 3 Præterea, Nihil impedit à perceptione eucharistiæ nisi culpa. Sed contritus ante contritionem non debet accedere ad Eucharistiam, non est remissionem culpæ.

SED contra est, quod dicitur in glos. super Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Contritio cordis est sacrificium, in quo peccata vincuntur.

¶ Præterea, Virtus & vitium eisdem causis rumpuntur & generantur, vt dicitur in 2. \* Eth. Sed per inordinatum amorem cordis, peccata committuntur. Ergo per dolorem ex amore cordis

¶ 1. & 2

Vtrum  
D  
A

quantis ordinato causatum, soluitur: & sic contritio  
 propriè peccatum delet.

RESPONDEO dicendum, quòd contritio potest  
 dupliciter considerari, vel in quantum est pars sa-  
 cramenti, vel in quantum est actus virtutis: & vtro-  
 que modo est causa remissionis peccati, sed diuersi-  
 modo: quia in quantum est pars sacramenti, primo  
 operatur ad remissionem peccati instrumentaliter;  
 sicut & de alijs sacramentis in prima \* distinctione  
 patuit. In quantum autem est actus virtutis, sic est  
 quasi causa materialis remissionis peccati, eo quòd  
 dispositio est quasi necessitas ad iustificationem.  
 Dispositio autem reducitur ad causam materiale[m],  
 si accipiatur dispositio, quæ disponit materiam ad  
 recipiendum. Secus autem est de dispositione agen-  
 tis ad agendum, quia illa reducitur ad genus causæ  
 efficiens.

Ad primum ergo dicendum, quòd solus Deus est  
 causa efficiens principalis remissionis peccati. Sed  
 causa dispositiua potest etiam esse ex nobis: & simi-  
 liter etiam causa sacramentalis: quia formæ sacra-  
 mentorum verba sunt a nobis prolata, quæ habent  
 virtutem instrumentalem inducendi gratiam, qua  
 peccata remittuntur.

Ad secundum dicendum, quòd peccati remissio,  
 uno modo præcedit virtutem & gratiæ infusionem, &  
 alio modo sequitur: & secundum hoc, quod sequi-  
 tur, actus à virtute elicitus potest esse causa aliqua  
 remissionis peccati.

Ad tertium dicendum, quòd dispensatio Eucharis-  
 tiæ pertinet ad ministros Ecclesiæ: & ideo ante re-  
 missionem peccati per ministros Ecclesiæ, non debet  
 aliquis ad Eucharistiam accedere, quamuis sit sibi  
 culpa quoad Deum remissa.

ARTIC. II.

*Utrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ?*

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd con-  
 tritio non possit totaliter tollere reatum pœnæ,  
 Quia

*Th. in 4.  
 d. 1. q. 1.  
 ar. 4. q. 4  
 sent. d. 1.*